



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Facultas Reverendissimi Patris Generalis. [Etc.
]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

FACULTAS REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS.

Fr. Angelus de Cambolas S. Theologia Magister, ac Humilis Prior Generalis totius Ordinis Fratrum
B. Virginis Mariae de Monte-Carmelo Antiqua Observantia Regularis.

Auctoritate nostrâ tenore presentium Tibi Reverendo admodum Patri Henrico à sancto Ignatio Ex-Vicario Provinciali Wallo-Belgici, quantum ad Nos spectat, facultatem facimus Typis mandandi Opus, cui titulus: *Theologia Sanctorum circa universam morum doctrinam*, si luce dignum fuerit judicatum à duobus nostris sacri Ordinis Theologis, vel Doctoribus, servatis aliis de jure servandis. Horum fide, &c. Datum Romæ in Conventu S. Mariæ Transpontinæ die 5. Julii 1704.

Locus (†) sigilli.

FR. ANGELUS DE CAMBOLAS, Generalis Carmelitarum.

FR. FRANCISCUS PAULUS QUARANTA, Secr. Ordinis.

Facultas V. Provincialis Carmelitarum per Wallo-Belgium.

Opus inscriptum, *Theologia Sanctorum, &c.* studio ac indefesso labore admodum Reverendi Patris Henrici à sancto Ignatio Ex-Vicarii Provincialis, ac sacre Theologiae Professoris emeriti, necnon in Ordine nostro Jubilarii, digestum & concionarum, vel, ex ipso titulo, adeo luculenter commendatur, ut vix aliâ commendatione videatur indigere. Enimvero titulus iste non est inanis & vacua magni nominis umbra, sed veritas perspicua in Opere Sanctorum testimonio comprobata. Porro si *Theologia Sanctorum*, est, doctrina ibidem tradita & sana & sancta est. Unde ut aliis proficit, libentissime facultatem nostram impertimur, ut ista *Theologia Sanctorum* praeo data publici juris fiat: dummodo per duos Theologos Ordinis nostri fuerit examinata & approbata, servatis aliis de jure servandis. In quorum fidem presentes Officii nostri sigillo manus dedimus in Carmelo nostro Marchiani die 21. Decembris 1706.

Locus (†) sigilli.

FR. FLORENTIUS A SANCTO HENRICO,
V. Provincialis Carmelitarum per Wallo-Belgium.

FR. PACIFICUS A S. PHILIPPO, Assistent.

Approbatio Theologorum Ordinis.

Notis infrascriptis, ex Commissione Reverendissimi Patris Generalis, magna cum attentione, parique animi oblectatione perlegimus Opus inscriptum: *Theologia Sanctorum circa universam morum doctrinam, &c.* per Reverendum admodum Patrem Henricum à sancto Ignatio Ordinis Fratrum B. V. M. de Monte Carmelo Exprovincialem, nuper Commissarium Generalem, S. Theologiae Professorum emeritum, &c. in eoque nihil reperimus à fide & bonis moribus devium; sed doctrinam Catholicæ Religionis, tutissimorum Augustini & Aquinatis dogmatum veritatem, Christianique hominis sanctitati & dignitati, contentaneam, utpote deprecipam ex sacre Scripturae oraculis, sanctorumque Patrum sententiis, quas Anchor omnigenâ eruditione, copioso solidarum rationum agmine, miraque terminorum claritate sic illustrat, ut omnis Amator veritatis hæc inventanus sit plurima ad excitandum pietatis studium, plurima ad bonos mores promovendos, plurima ad Concionatorum, Confessorum & Pastorum instructionem maxime utilis. Quapropter Opus hoc laude luceque dignum (salvo meliori) censuimus in Carmelo nostro Khavensi die 8. Junii an. 1707.

FR. MARCELLINUS A S. THERESIA,
Definitor, ac S. Th. Professor.

FR. HENRICUS A S. THERESIA,
S. Theol. Professor.

Approbatio sapientissimi Domini Arnoldi Eyben, Cathedralis Ecclesie Antuerpiensis Canonici Theologalis,
& Thesaurarii, Archipresbyteri Ruralis, ac Librorum Censoris.

Christianis præcipit S. Joannes Epist. 1. c. 2. ut in eo, quod audierunt, firmi permaneant, quo & ipsi in Patre, & Pater in ipsis maneat. Communis hic Propheciarum & Apostolorum sensus est, qui in veteri & novo Testamento nihil severius verant, quam ne ab antiquis viis recedamus, transensisque Patrum limitibus patiamur nos doctrinis variis & peregrinis obduci, ac profanis vocum novitatibus captari. Hinc Theologia ad illud lumen applicare se debet, quod à Christo Ecclesie collatum, perpetuâ Patrum traditione continetur, usque doctrinæ & pietatis christiane fundamentis insistere, quas à sanctis Patribus quasi manu tradita per tot æratum decursus Ecclesia accepit, sicut ea Patrum Antiquissimi ab Apostolis, Apostoli à Spiritu sancto, Spiritus sanctus à Filio, Filius à Patre acceperat. Hæc regulâ semper est usâ Ecclesia ad corruptelas errorisque ac nova humani ingenii commenta extirpanda, quibus hominum improbitas vel inscitia sanctissimam Christi doctrinam depravare conata est. Hæc S. Augustinus Pelagianos convincit, cum productis contra eos aliquot Patribus, quod, inquit, *invenimus in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Hujus regulæ præsidio utitur Gregorius VII. dum ait: *Ad sanctorum Patrum decreta doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil adinventionem nostrâ statuentes: sed primam & unicam Ecclesiasticam disciplinam regulam & ritam Sanctorum viam relicto errore repetendam & sectandam esse censuimus.* Nam, teste Gregorio Magno, *tunc Sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla Patrum præcedentium indefinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat.* Proinde publicam lucem mereatur, & plurimum commendanda est hæc *Theologia Sanctorum*, quæ ex sanctis Doctoribus, ac præsertim ex tutissimis & inconcussis sanctorum Augustini & Thomæ dogmatibus præclare ostendit, qualem esse oporteat vitam christianam, quàmque ab Evangelii regulis, & doctrina Sanctorum aberret novitia doctrina complurium Caluillarum. Dabam Antwerpiz hæc 28. Januarii 1709.

ARNOLDUS EYBEN, Cathed. Antuerpiensis Canonicus
Theologalis, Librorum Censor.

Approbatio Reverendi Domini Joannis Le Beau Examinatoris Synodalis.

Hæc Theologia Sanctorum secundum nominis excellentiam procedit, dum exhibitas à Sanctis veritates, & velut stellas in Ecclesie Firmamento positas, educit è nebulis, quas variae Quorundam opinionones obtenderunt. Hinc in caliginoso deficientis hujus sæculi tempore, eidem tamquam lucernæ benè facient attendentes, studiosi quicumque veritatis Amantes, atque spes est quod non tantum inde lucebunt, sed & sic ardebunt, ut flammecat igne charitatis, accendat ardor proximos, eosque per semitas justitiæ deducat ad æternæ Veritatis fruitionem. Proinde sub beneplacito Superiorum, jure prodibit in publicum. Dabam 16. Octobris 1699.

JOAN. LE BEAU, S. Adalberti Leodii Curio-Decanus, Exam. Synod.

Permissio Ordinarii.

P. Lacet imprimatur. Hæc decimâ-septimâ Octobris 1699.

GUIL. BERN. DE HINNISDAËL, Coadministr. & Vic. Gen. Leod.

ERRATA POTIORA.

Littera P paginam, C columnam, L lineam, Littera Italica correctionem indignant.

P. 11. C. 2. L. 6. facta, facte. P. 14. C. 2. L. 55. post neque, adde ordinatur. P. 15. C. 1. L. 21. eam ad, ad eum. Ibid. C. 2. L. 39. ex scientia, cum scientia. P. 28. C. 2. L. 27. certum sit, certum plerisque videatur. P. 52. C. 2. L. 13. coactio, contra. Et L. 19. concio, coactio. P. 89. C. 1. L. 45. Arcadius, Arcadius. P. 101. C. 2. L. 2. dele sed, post tametsi adde etiam. P. 110. C. 2. L. 29. dele sue. P. 121. C. 1. L. 62. contenta, contentam. P. 163. C. 1. L. 39. fornicationeque, adde &. Ibid. C. 2. L. 3. lapsis, lapsis. P. 272. C. 2. L. 32. fringam, fungam. P. 275. C. 1. L. 11. conferret, differret. P. 281. C. 1. L. 20. quatruidam, quatruidam. P. 283. C. 1. L. 12. hom. l. 2. bom. 2. in. P. 289. C. 2. L. 41. impetrate, impetrat. P. 306. C. 2. L. 22. obligationum, oblationum. P. 310. C. 1. L. 21. post neque adde enim. P. 324. C. 2. L. 42. Eubolius, Echebolius. P. 328. C. 2. L. 62. suffocationes, suffocantes. P. 334. C. 2. L. 55. quinquaginta, quadragesima. P. 337. C. 1. L. 47. dele & quinquagesimum quartum. P. 338. C. 1. L. 23. laudantes, ledentes. P. 362. C. 2. L. 36. actus, contractus. P. 371. C. 1. L. 43. jejuniorum, absque jejuniorum. P. 386. C. 1. L. 53. post novissimi, adde cap. 11. laudati. P. 390. C. 2. L. 10. desinere, desinere. P. 452. C. 1. L. 18. attritio, contritio. P. 453. C. 1. L. 1. fitur, sic ut. P. 459. C. 1. L. 70. in fin. dele non. P. 461. C. 2. sub fin. Audomarcensis, Audomarcensis. P. 463. C. 1. L. 60. Falscanarius, Falscanarius. P. 469. C. 1. L. 65. dilectionem, charitatem. P. 478. C. 1. L. 6. lege sic, sed licet in Summa. P. 484. C. 2. L. 56. proter, prosper. P. 485. C. 1. L. 24. antiquam esse, antiquam non esse. P. 486. C. 2. L. 10. grandissima, gravissima. P. 512. C. 1. L. 7. post regulas adde tradit. P. 523. C. 2. L. 61. Cabilonenfis, Catalaunenfis. P. 527. C. 1. L. 66. dele è Societate. P. 533. C. 2. L. 48. si amor, si amoris amor. P. 544. C. 1. L. 69. dele cap. præcedenti. P. 552. C. 1. L. 10. & 12. absolutio, oblatio. P. 557. C. 1. L. 42. quia, cum. P. 580. C. 2. L. 35. 1705. 1075. P. 586. C. 2. L. 27. obligant, alligant. P. 588. C. 2. L. 56. defectus itaque, seu omisio, praxis itaque seu usus. P. 592. C. 1. L. 66. peccaverit, pejeraverit. P. 600. C. 1. L. 47. Pontificalibus, Pontificalibus. P. 608. C. 2. L. 48. 1643, 1648. P. 618. C. 1. L. 43. caput, capite. P. 627. C. 1. L. 35. sancta, stricta. P. 650. C. 1. L. 63. post sed una, adde Ecclesiis. P. 652. C. 1. L. 58. cui si adscribatur, quam si deseruerit.